

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio y  
cum uariis

Vbi quedam enim sunt loca in quibus silencium est seruandum, quedam in quibus de intelligencia et exposicione scripturarum collaciones cum disciplina tamen et reuerencia, hoc est sine contencione et clamore uerborum haberi possunt, quedam in quibus pro instructione morum uerba habenda sunt, quedam in quibus magis loquendi licencia laxatur, ita ut non solum de spiritualibus sed eciam de exteriorum dispositione et prouisione sermones admittantur. Loca autem in quibus uana et superflua dici debeant inuenire non possum.

Hugo ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

quedam] quidam P V<sup>1</sup>; de *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; exposicione] ex ratione P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
scripturarum] scriptura B; dici] possunt *add. (del. sub lin.)* B